

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1638

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2771

## C O D I C E S

2772

Concludit:

*Non augentur momento secula,  
Non maria tumescunt guttula,  
Nec villa laus addere meritis  
Tuis unquam poterit inclitis,*

Tertiae Partis non nisi Titulus adest in margine: *Tenor.* Pauca supereffe putem hujus generis specimina Seculis quatuor anteriora, dolendumque, *Modulos* musicos, quibus Rhythmi hi adstricti fuerint, intercidisse.

*XXXVII. fol. 158. Incipit Responso facta nuncij seu Ambassiatoribus Romanorum per sanctissimum patrem et dominum nostrum dominum Clementem diuinam prouidentia papam sextum in Civitate Ausionen. Anno domini M. CCC. XLIII. die XXVII. mens. Jan. quam responsonem ego frater bernardinus de urbeueteri fratrum bernitarum ord. sancti Augustini solum audiendo in publico consistorio supradictum sanctissimum patrem et dominum nostrum michi pro runc scribendo collegi et fideliter reportavi. Proposuit in christo sanctissimus pater et dominus noster Autoritatem istam et processit ut inferius ordinatur. E. VI. Vitis Clementis, quas publicavit Baluzius, ea, quae ordine Tertia est, pleniū de hoc agit negotio col. 286. Cives Rom. videlicet XVIII. allegatos, interque eos Oratorum munere funtos Steph. de Columna, Franc. de Vico et Lellum Petri Stephani de Chosecis; Papam post duos menses respondisse, et gratae quidem, praeterquam ad vi-*

*Wlgi tamen modica portio  
De te saltem clangere gestio  
Viuat viuat orbi perutilis  
Cui non fuit inuentus similis.*

sitationem urbis, quo invitabatur, quam multis et coloratis rationibus prolongavit, vel verius denegavit. Quae omnia videre est in *Responso* nostra, cuius et Autor *Vitae* illius meminit, et *Baluzius* principium excerptit in *Not. col.* 862. Atque utinam, ut in acceptandis Urbis officiis (*Senatum*, *Capitaneatum*, *Consulatum* et *Defensoratum* vocat *Responso*) et *Iubileo* ad annum L. restringendo Romanorum votis obsecundavit *Clemens*, ita et deserta Patria Sedem suam legitimam accessisset! felicius, ut opinor, funesta illa Sacerdotium inter et Imperium discordia composita fuisset. Quam varia ceterum, eaque partim auctorae ad ejus Vitam et Acta continet hic Codex, vix est, quod moneam.

## DCCLIX.

*Codex membraneus lat. Sec. 539 XIV. Folior. 207. 4. per duas columnas nitide scriptus, rubricisque enotatus Sermones complectitur Gilberti, Gisleberti, Guiberti seu Wiberti de Tornaco O. M. Theologi Parisini et Oratoris post medium Sec. XIII. celebris, quibus ipse ita praefatur: Executis inspirante domino sex partibus secundi tractatus cuius est titulus de*

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1638

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2773

## H O M I L E T I C I .

2774

*de conditione doctoris. restat pars septima quam habemus pre manibus difficilior et diffusior quam alie videlicet de doctrina hominis pertinente ad predicatorum secundum experimentum practice. Sed quoniam de dominicalibus et sanctorum festiuitatibus ad pie memorie papam Alexandrum quartum scribentes eius imperio et precepto nos expediimus. ideo de his que pertinent ad diversa statuum et officiorum genera prout dominus dederit subiungamus et titulo subnehamus. De diversis statibus et officiis. De preceptis diuinis. de sacramentalibus et mysterijs. de penis et gaudijs. Sequitur dein Elenchus Statuum, ut ait, uel officiorum XXXV. quorum cuvis duos saltem Sermones per decursum dicat Noster, narratiunculis pro aevi credulitate conspersos et ad mores cognoscendos non inopportunos. Scripti sunt post an. 1261. quo Alexander IV. obiit, editique Lovani per Job. de Westphalia circa an. 1473. Lugduni 1511. et Parisiis 1513. ut testatur Foppenius*

in Bibl. Belg. P. I. p. 386. quem una cum Waddingo et Fabricio de Gilberto variisque ejus Lucubrationibus adi. Nec te moveat Oudinus T. III. col. 500. Sermones nostros ab eo ad Humbertum de Romanis O. P. transferens. Titulo deceptum fuisse AutoPhia docet. Longe alii sunt Sermones, seu breviculae potius Collationes, Humberti ad diuersos Status, quorum Editio curata a Pallante Spangeli Prof. Heidelberg. Hagenae 1509. f. mihi objacet. Sermo Humberti seu Collatio I. inscribitur: *Ad omnes Homines*, et incipit: *Omnis homo est exhortandus ut caueat a malo &c.* Sermo Gilberti I. autem: *In electione Prelatorum*, et infit: *Elegi dauid seruum meum &c.* A fol. 171. habentur Sermones II. In capitulo ad fratres minores, quorum in Elencho praevio nulla mentio. Ordo etiam Elenchi in eo perversus est, quod Sermones de Sacramentis eos, qui de Preceptis diuinis sunt, praecedant. Ad calcem legitur:

*Dextera scriptoris careat grauitate doloris.*

Et rubro: *Explicant sermones Gyliberti ad status.*

DCCLX.

662 Codex membraneus lat. Sec. partim XIV. partim XV. Folior. 170. 4. per duas columnas exaratus, rubricisque distinctus complectitur sequentia: I. Sermones breviculos duos, quorum prior inscribitur: *Sermo dominicalis*, et exponit

Lucae C. 7. v. 12. *Ecce defunctus efferebatur &c.* hoc initio: *Defunctus iste signat animam in peccatis mortuam &c.* Alter de sancto vdelrico, in illud: *Benedictio domini super caput iusti.* Sap. X. incipit: *Verba ista possunt (dici) de beato vdalrico qui benedictionem domini promeruit &c.* Plures ejusmodi Sermones olim in Codice praecessisse, palam